UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

De mutua charitate inter ap[osto]los. ca. xxj.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Visual Library

qꝛ cum ieſu viderāt eos: ⁊ q̈a pſens erat cū
eis quē ſanauerat nō poterant cōtradicere.
Nota q̄ aliā hic habem⁹ etymologiā huius
noīs idiota q̄ȝ ab iſidoro. Nam ſm̄ iſidorū:
idiota dꝛ q̄ſi diuiſus ab auribꝫ. idi enim diui
ſio. ota auris interp̄tat̄: vt dicat̄: idiota q̄ di
uiſus ab intellectu. ſ. fatu⁹. Sȝ ſm̄ etymolo
giam q̄ hic ponit̄: dicit̄ idiota q̄ſi ab idioma
te. Dicti ſunt ḡ idiote: q̄ſi contenti ſolo idio
mate lingue ſue hebree quā ſatis nouerāt: ⁊
nihil aliud. Juſſerūt āt eos foras extra cōci
lium ſecedere: ⁊ ↄferebant adinuicē dicētes.
Quid faciem⁹ hoībꝫ iſtis. Manifeſtū ē mi-
raculū qd̄ fecer̄t: negare nō poſſum⁹, ſed ne
ampli⁹ diuulget̄ cōminemur eis ne vltra lo
quant̄ in noīe h̄ vlli hoīm. Et vocātes eos
denūciauerūt eis ne oīno loquerent̄ vel do-
cerent in noīe dn̄i ieſu. Ad quos petr⁹ ⁊ io-
annes Vos ipſi iudicate: an poti⁹ obediēdū
ſit deo p̄cipienti: an vobis ꝓhibentibꝫ. q. d.
Erratis ꝓhibētes q̄ de⁹ p̄cepit: nec eſtis au
diēdi. Ubi eī ſupior p̄cipit ⁊ inferior ↄtradi
cit: nō eſt audiend⁹ inferior. Nō poſſum⁹ q̄
vidimus ⁊ audiuim⁹ nō loqui. At illi cōmi
nantes dimiſerūt eos: nō audentes man⁹ in
eos inijcere ꝓpter ꝑp̄lm Dimiſſi aūt redierūt
ad ſuos in ſion: ⁊ annūciauerūt q̄nta eis p̄n
cipes ſacerdotū ⁊ ſeniores dixiſſent: ⁊ q̄uo
eis reſpōderāt. Qui cū audiſſent vnanimit̄
leuauerūt vocē dicētes. Dn̄e q̄ feciſti celū et
terrā mare ⁊ oīa q̄ in eis ſunt: q̄ in ſpiritu ſan
cto ꝑ os dauid p̄ris noſtri pueri tui dixiſti.
Quare fremuerūt gētes: ⁊ ꝑp̄li meditati ſunt
inania. Aſtiterūt reges terre: ⁊ p̄ncipes ↄue
nerūt i vnū aduerſus dn̄m ⁊ aduerſus chri-
ſtū ei⁹. Cōuener̄t eī in ciuitate iſta aduerſus
puer̄ tuū ieſum quem miſiſti herodes ⁊ pi-
latus cum regibꝫ ⁊ ꝑp̄lo iſrael facere: que ma
nus tua ⁊ ↄſiliū tuū decreuerūt fieri. Nūc
domine reſpice in minas eorū: et da ſeruis
tuis cū omni fiducia loqui verbū tuū. No-
ta qꝛ de h̄ verbo ſolet freq̄nter opponi: cōue
nerunt herodes ⁊ pilat⁹ facere q̄ man⁹ dei ⁊
ↄſiliū decreuerūt fieri. ſȝ adhere duobꝫ ver-
bis facere fieri: qꝛ reuera ipi cōuenerūt ad ex
ercendā prauā actionē. De⁹ decreuit fieri il-
lam paſſionē: qꝛ actio illoꝝ fuit praua paſ-
ſio bona. Cū autē oraſſent motus eſt loc⁹ in
quo ↄgregati erāt: ⁊ iteꝝ miſſus eſt ſpūſſan
ctus: ⁊ repleti ſpiritu ſancto loq̄bant̄ v̄bum
dei cum fiducia.

De mutua charitate inter apoſtolos.
Capl'm. XXI.

T multitudinis
c
credētiū erat cor vnū ⁊ aīa vna
Nec quiſq̄ eoꝝ que poſſidebat
aliq̄d ſuū eſſe dicebant: ſed erāt illis omnia
cōmunia. ⁊ gratia magna erat in omnibꝫ il-
lis Neq̄ eī q̄ſq̄ egens erat inter illos Quot
quot autē erant poſſeſſores domorum aut
agrorum vendebant: ⁊ ponebant precia an-
te pedes apoſtolorum. Diuidebat̄ autē ſin-
gulis prout cuiq̄ opus erat Tunc ioſeph q̄
cognominat⁹ eſt barnabas ab apoſtolis: qd̄
interpretat̄ filius ↄſolationis. leuites. cypri
us genere: cū haberet agrū vendidit illum:
⁊ poſuit p̄cium ante pedes apoſtoloꝝ. Un-
de cum dixiſſet leuites: ne videret̄ non habe
re ꝓprium: quia leuite non habebant heredi
tatē in terra: additū eſt Cyprius genere: vt
oſtenderet̄ natus in diſperſione ⁊ inter genti
les: ⁊ ideo licebat ei ꝓpriū habere. Sȝ ē ad-
herendū v̄bo Bede ſup hūc locū: ⁊ tenendū
hūc fuiſſe ſocium pauli. nō illū q̄ cum mat-
thia ſtatut⁹ eſt: quādo cecidit ſors ſup mat-
thiam. ⁊ quidā arbitrant̄ vt d̄t Beda: min⁹
intuentes. qꝛ h̄ barnabas appellat̄. i. fili⁹ ↄſo
latiōis. ille barſabas. i. fili⁹ q̄etis interp̄tat̄.
Un̄ Lucas noīs interp̄tatiōē ſciēter addi-
dit: vt hui⁹ ad illū differentiā inſinuaret.

De morte ananie ⁊ ſaphire. Ca. XXII.

Ir autē quidā
v
nomine ananias cū ſaphira vxo
re ſua voluit eē in collegio iuſto
rū vt haberet neceſſaria vite ſine labore: ⁊ ita
lucratiue voluit ſibi adq̄rere p̄bendā. Et cū
vouiſſet totū p̄cium agri venditi ponere an-
te pedes apoſtoloꝝ: non ſoluens votū: de-
fraudauit de p̄cio agri conſcia vxore ſua me
diam partē ſibi reſeruans: reliquā ad pedes
apoſtoloꝝ ponens. Qd̄ ſtatim petrus p̄ui-
dens in ſpiritu ait. Anania: cur tentauit ſa-
thanas cor tuum mentiri te ſpūiſancto Cur
fraudaſti de p̄cio agri. Nō es mentit⁹ homi
nibus: ſed deo qui ſcrutat̄ corda: ⁊ perdit o-
mnes qui loquunt̄ mendacium. Audiēs h̄
ananias cecidit: ⁊ expirauit. Ubi notandū
qꝛ licȝ in euāgelio dn̄s dixerit. Qui te ꝑcuſ-
ſerit in maxillam dexterā: p̄be ei ⁊ aliā. tamē
in primitiua eccl'ia q̄q̄ exercuit vindictā.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN